188553 III

# Analecta Byzantina.

composuit **Leo Sternbach.**

Tractatu digna est versuum farrago, quae quidem in codice Parisino Suppl. Gr. 690 (membran. in 4$^{\text{v}}$, s. XII, nobis *M*) f. 108$^{\text{r}}$—113$^{\text{v}}$ comparet.[1])

## I.

Εὐσταθίου Κανίκλη εἰς τὸν κοντοπαίκτην.

Ἕστηκε δένδρον τῶν ἀνακτόρων μέσον,
οὗ ῥίζα καὶ ζῇ καὶ λαλεῖ σὺν τοῖς κλάδοις,
ὥρᾳ μιᾷ δὲ καὶ φυτεύεται ξένως
καὶ καρπὸν αὔξει καὶ τρυγᾶται ῥιζόθεν.

[library stamp]

Idem epigramma inter aenigmata Basilii Megalomitae occurrit a Boissonado edita (Anecd. Gr. vol. III p. 440. n. 8: κοντοπαίκτης), antiquiorem vero originem codex Parisinus a Salmasio (Plinian. Exercit. in C. Julii Solini Polyhist. p. 726 D) excussus prodit, quippe qui lemma Ἰουλιανοῦ τοῦ δυσσεβοῦς εἰς κοντοπαίκτην suppeditet. Videntur igitur et Eustathius[2]) et Basilius genuinum Juliani lusum in rem suam convertisse,[3]) quae sententia insignem lectionis varietatem explanat[4]): 1) ἕστηκε] ἔστιν τι Jul., ἔστι τι Bas. ‖ 2) σὺν τοῖς κλάδοις] καρποῖς ἅμα Jul. Bas. ‖ 3) ὥρᾳ μιᾷ δὲ] μιᾷ δ' ἐν ὥρᾳ Jul., ὥρα δὲ μιᾷ Bas. ‖ 4) καρπὸν αὔξει] πάλιν πίπτει Bas. — Lumen aenigmati adfert Joannes Chrysostomus Homil. ad popul. Antioch. XIX 4 (Patr. Gr. vol. XLIX p. 195 sq. Migne) τί ἄν τις εἴποι περὶ ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν, οἳ κον-

---

[1]) Praecedunt f. 107$^{\text{v}}$ sq. Ignatii versiculi in Adam (Boissonade, Anecd. Gr. vol. I p. 436 sqq.), de quibus ad nostri apographi fidem F. Kuhnius renuntiavit Breslauer philol. Abhandl. vol. VI 3, Vratisl. 1892, (Symbolae ad doctrinae περὶ διχρόνων historiam pertinentes) p. 116 sq., post f. 113 duo folia vacua (114 et 115) bibliopegus interiecit, tum Georgii Pisidae corpusculum sequitur initio mancum (Suppl. L—CVI: 'Wiener Studien' vol. XIV, 1892, p. 56—66) f. 116$^{\text{r}}$ sq., cui f. 117$^{\text{r}}$ Methodii patriarchae carmina ('Eos' vol. IV, Leopoli 1898, p. 150 sq.) adnectuntur.

[2]) De hoc auctore nihil constat: 'Caniclei' munus inlustrant interpretes ad Codin. de offic. p. 206 sqq. (Bonn.), formam κανίκλης usurpat Theophanes Continuatus p. 388, 2 (κανίκλειος p. 375, 12).

[3]) Levis scripturae discrepantia ex M accedit in contextu sublata: lemm. κοντοπέκτην ‖ 2 ζεῖ (etiam Paris. ap. Salmasium) ‖ 3 ὥρα μιᾶ (ex more codicis fere sollemni) ‖ φιτεύεται.

[4]) Eodem modo Antiphanis Comici griphum de epistula (fr. 196 vol. II. p. 95 Kock) Basilius versibus politicis expressit n. 39 p. 450 sq. Boiss.

τὸν ἐπὶ μετώπου βαστάζοντες, καθάπερ δένδρον ἐῤῥιζωμένον ἐπὶ τῆς γῆς, οὕτως ἀκίνητον διατηροῦσιν; καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ θαυμαστόν, ἀλλ' ὅτι καὶ παιδία μικρὰ ἐπ' ἄκρου (ἐν μέσῳ falso in nonnullis libris legitur) τοῦ ξύλου παλαίειν ἀλλήλοις παρασκευάζουσι, καὶ οὔτε χεῖρες οὔτ' ἄλλο τι τοῦ σώματος μέρος, ἀλλὰ τὸ μέτωπον μόνον δεσμοῦ παντὸς ἀσφαλέστερον φέρει τὸν κοντὸν ἐκεῖνον ἄσειστον,[5]) unde verba pristina temerarie v. 2 ab Eustathio, v. 4 a Basilio mutata esse discimus. Nimirum v. 2 καρποὶ a Juliano pueri in summa pertica lusitantes et luctantes adpellantur, qui perinde vivunt et locuntur ac radix sive homo contum (τὸ δένδρον) gestans, v. 4 artificium in eo consistit, ut infra unius horae spatium, quo contus in fronte erigitur (φυτεύεται) et ludicro finito radicitus eruitur (τρυγᾶται ῥιζόθεν), in medio ludo novi pueruli accedant (καρπὸν αὔξει). — Recentiores interpretes maxime verba τῶν ἀνακτόρων μέσον torserunt,[6]) attamen locus ad explanandum expeditus est, si certam occasionem significari sumamus, cum in ipsa regia[7]) κοντοπαίκτης artem suam iactaverit. Quam Juliani temporibus novam atque insolitam fuisse Chrysostomi testimonium videtur probare, ceterum inter βασιλικὰ παίγνια aliquanto post τὸν κοντοπαίκτην[8]) commemorat Theodorus Balsamon Canon. 41 conc. in Trullo (Patr. Gr. vol. CXXXVII p. 693). Quae cum ita sint, non video, cur co-

[5]) Adde Epist. ad Hebr. cap. IX Homil. 16, sect. 3 (ibid. vol. LXIII p. 127) τί δέ, εἰπέ, χαλεπώτερον τοῦ κοντὸν ἐπὶ τοῦ προσώπου λαβεῖν, εἶτα ἐπιθέντα ἄνω παιδίον μυρία ποιεῖν καὶ τέρπειν τοὺς θεατάς;

[6]) Cf. Salmasius l. c. 'reliquae arbores, quae verae sunt, in mediis campis nascuntur, haec intra aedes ipsas erigitur, Jacobsius ad Anthol. Gr. (ed. mai.) vol. XI p. 191: vide, an τὰ ἀνάκτορα aures esse possint, quasi sancti capitis recessus, in quibus optima quaeque disponuntur', ibid. XIII p. 67 sq.: τὰ ἀνάκτορα frons est, ut pars capitis principalis, ubi animae est quasi sanctuarium sive regia', ed. crit. vol. III p. 899: 'verba τῶν ἀνακτόρων μέσον mediam frontem inter tempora significare videntur', Cougny VII 22 (Anthol. Gr. Didotian. vol. III) p. 582: 'ea esse pure loca edita, les hauts lieux, ubi aedificari solent et templa deorum et regum palatia et iis significari frontem quasi intelligentiae domicilium ac sedem praecipuam et vere regiam humani corporis partem'.

[7]) Plane eadem ratione eunuchorum characterismum inchoat Theodorus Prodromus apud Millerum ad Manuel. Phil. vol. I p. 450 ἔστι γένος τι τῶν ἀνακτόρων μέσον.

[8]) Ludi mentio fit in Scholiis ad Dionys. Thrac. (Bekkeri Anecd. Gr. vol. II) p. 652, 6 sqq. ματαιοτεχνία δὲ ἡ σχοινοβατική, ἤγουν ὁ ἐν τῷ σχοίνῳ περίπατος καὶ ὥσπερ ὁ κοντοπαίκτης et apud Nicephorum Blemmydam Epitom. Logic. III. 7 (Patr. Gr. vol. CXLII) p. 709 ἡ γὰρ ματαιοτεχνία οὔτε βλάβην εἰσφέρει τῷ βίῳ, ὡς ἡ νευροβατικὴ καὶ ἡ κοντοπαικτική.

dici Salmasiano fidem derogaverit Diltheyus;[9]) adde quod Julianus similiter in organi machinam recens inventam[10]) iocosum epigramma (Anth. Pal. IX 365) composuit, aliosque lusus in aenigmatum speciem conformatos edidit de vino hordeaceo (ibid. IX 368), de Conone (ibid. XI 108),[11]) de Chironis statua (App. Plan. XVI 115), de versu Homerico Od. 1, 329 (= 11, 446; 19, 375; 20, 388) κούρη Ἰκαρίοιο περίφρων Πηνελόπεια.[12])

## II.

### Ἐπιτύμβια εἰς Μαυρίκιον βασιλέα.

Ἄδ' ἐγὼ ἡ τριτάλαινα καὶ ἀμφοτέρων βασιλήων
Τιβερίου θυγατὴρ Μαυρικίου τε δάμαρ,
ἡ πολύπαις βασίλεια καὶ ἡ δείξασα λοχείῃ,
ὡς ἀγαθὸν τελέθει καὶ πολυκοιρανίῃ,
κεῖμαι σὺν τεκέεσσι καὶ ἡμετέρῳ παρακοίτῃ

---

9) Symbolae criticae ad Anthol. Gr. ex libris mss. petitae (Ind. lect. Gotting. 1891) p. 17. Quantopere etiam superioris aevi imperatores circulatorias praestigias foverint, illustris Flavii Vopisci locus docet (Carin. 18): *memorabile maxime Cari et Carini et Numeriani hoc habuit imperium, quod ludos populo Romano novis ornatos spectaculis dederunt, quos in Palatio circa porticum stabuli pictos vidimus. Nam et neurobaten, qui velut in ventis cothurnatus ferretur, exhibuit et tichobaten, qui per parietem urso eluso cucurrit, et ursos mimum agentes, et item centum salpistas uno crepitu concinentes et centum cerataulas, choraulas centum, etiam pythaulas centum, pantomimos et gymnicos mille, pegma praeterea, cuius flammis scaena conflagravit, quam Diocletianus postea magnificentiorem reddidit, mimos praeterea undique advocavit, exhibuit et ludum Sarmaticum, quo dulcius nihil est, exhibuit Cyclopea.*

10) Cf. Theodoretus Cyrensis de provid. Or. III (Patr. Gr. vol. LXXXIII) p. 589 et in universum O. Wangemann, Geschichte d. Orgel und d. Orgelbaukunst von d. ersten Anfängen bis zur Gegenwart$^2$ (1881) p. 34 sqq.

11) Cf. Sternbach, Anthologiae Planudeae Appendix Barberino-Vaticana (L. 1890) p. 1.

12) Interpolata est forma καλὴ Πηνελόπεια, γυνὴ κλεινοῦ Ὀδυσῆος, quam in codice quodam Isaacus Vossius repperit cf. Huetiana ou pensées diverses de M. Huet (Paris. 1722) p. 74 sq. Permiro errore H. Omont, Inventaire sommaire des mss. grecs de la bibliothèque nationale vol. IV (Paris. 1898) p. 117 lemma codicis Parisini 1409 f. 140$^v$ (= Laurentian. Plut. XXXII n. 16 f. 379$^v$) Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου ita interpretatur, ut Julianum Aegypti praefectum, qui Justiniano imperante epigrammatographus extitit, denotari putet. Nec melius codicis M inscriptionem (f. 73$^v$) τοῦ παραβάτου Ἰουλιανοῦ intellexit, quae quidem ad Anth. Pal. IX 365 spectat.

λύσσῃ ἀθεσμοτάτῃ δήμου καὶ στρατιῆς.
Ἔτλην τῆς Ἑκάβης πολὺ χείρονα, τῆς Ἰοκάστης·
αἲ αἴ! τῆς Νιόβης ἔμπνοός εἰμι λίθος!
Ναὶ ναὶ τὸν γενέτην· τί δὲ καὶ τὰ νεογνὰ ἔθυσαν
ἀμπλακίης μερόπων μηδὲν ἐπιστάμενα;
Ἡμετέροις πετάλοισι κατάσκιος οὐκέτι Ῥώμη·
ῥίζα γὰρ ἐκλάσθη Θρηϊκίοις ἀνέμοις.

Celeberrimum habes epitaphium et ab historicis saepissime laudatum et in codicibus multifariam traditum: ac priorem fontium seriem repraesentant:

Leo Grammaticus Chronogr. p. 144, 23 sqq. (Bonn.) sive Crameri Anecd. Paris vol. II p. 333 (ἐπεγράφη δὲ τῷ τάφῳ αὐτῶν ἐλεγεῖον τόδε).

Anonymus codicis Parisini 1712 (mihi II) f. 168ᵛ (ἀπεγράφησαν δὲ τῷ τάφῳ αὐτῶν στίχοι ἐλεγεῖοι τάδε.[13])

Georgius Cedrenus[14]) vol. I p. 707, 14 sqq. Bonn. (ἐπέγραψαν δὲ τῷ τάφῳ αὐτῶν ἐλεγεῖον τόδε).

Synopsis Sathae[15]) p. 106, 19 sqq. (ἐγράφη δὲ τῷ τάφῳ Μαυρικίου ταῦτα).

Joannes Zonaras XIV 14 vol. III p. 300, 28 sqq. Dind. (ἐπεγράφησαν δὲ τῷ τάφῳ αὐτῆς τὰ ἡρωελεγεῖα ταῦτα).

Georgius Pisides pseudepigraphus (sive potius: Ps.-Cyrillus et Ps.-Pisides[16]) codicis Matritensis Palat. 40 f. 401ʳ sq.[17]) ἐπεγράφη δὲ ἐν τῷ τάφῳ αὐτῶν ἐλεγεῖον τόδε.[18])

Anonymus Foersteri 4 (de antiquitatibus et libris mss. Constantinopolitanis, Rostochii 1877) p. 14.

Nicephorus Callistus Xanthopulus Eccl. Hist. XVIII 41 (Patr. Gr. vol. CXLVII p. 412).

Ex libris manuscriptis in censum veniunt:

V = Vaticanus 29 (chart. in fol., a. 1292 scriptus) f. 484ʳ (Ἀγαθίου εἰς Μαυρίκιον βασιλέα),

---

13) Sic! Plura operis inediti specimina offerunt nostra 'Studia philologica in Georgium Pisidam' (= Dissert. phil. Academ. Litter. Cracoviens. vol. XXX, 1900) part. I (de Georgii Pisidae apud Theophanem aliosque historicos reliquiis, 1899) p. 39 sqq.

14) Hinc delibata est interpolatio in Constantini Manassae Chronico post v. 3610 (cf. p. 155 Bonn.).

15) Μεσαιωνικὴ βιβλιοθήκη ἐπιστασίᾳ Κ. Ν. Σάθα vol. VII (Paris. 1894): ἀνωνύμου σύνοψις χρονική.

16) Cf. 'Studia philol. in G. Pis.' p. 204 sqq. cll. p. 30 sq. 42. 43. 45 sq. 47 sqq. 57 sq. 98. 139 sq.

17) Idem opusculum continet codex Matritensis bibliothecae nationalis XCI, ex quo versus nostros excitavit Iriarte, Regiae bibliothecae Matritensis codices Graeci mss. (Matrit. 1769) p. 365.

18) In mg. ὡραῖον habes, ad v. 3 glossa marginalis ἐλεγεῖαι spectat.

v = Vindobonensis philos.-philol. 165 (bombyc. in 4°, s. XIV) f. 89v (Ἀγαθίου εἰς Μαυρίκιον βασιλέα). — C = Coislinianus 131 (chart. in 4°, s. XIV) f. 213v (ἐπιτάφιοι εἰς τὸν τάφον Μαυρικίου καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ).

L = Laurentianus Plut. V n. 10 (chart. in 4°, s. XIV) f. 195r (ἐπιγραφὴ εἰς τὸν τάφον τῆς γυναικὸς Μαυρικίου Κωνσταντίνης καὶ εἰς τὸν ἄνδρα αὐτῆς καὶ τῶν τέκνων).

l = Laurentianuus Plut. XXXII n. 16 (chart. in 4°, s. XIII) f. 5v (sine lemmate).

R = Vatic. Reginae 166 (chart. in 4°, s. XIV, attamen carmen nostrum manus recentior adiecit) f. 207r (s. l.)

Vind. = Vindobonensis med. 31 f. 165r (s. l.).

Quodsi varietas scripturae in discrimen venit,[19]) MVv

---

[19]) Epigramma post Jacobsium, Anthol. Gr. vol. XII p. 256 sqq. et ed. crit. vol. III p. 916 (ad append. n. 102) tractarunt Hecker, Commentat. crit. de Anthol. Gr. (1843) p. 297 sq., ed. 2 (Commentationis criticae de Anthologia Graeca pars prior, 1852) p. 336, Dilthey, Symbol. crit. p. 18 sqq., Preger, Insriptiones Graecae metricae (1891) n. 27 p. 21 sqq. Ipse quaedam adnotavi Meletemat. Graec. I (1886) p. 186 sq., nunc apparatum longe pleniorem proponere possum: *1)* ἅδ']ἃ Niceph., ἥδ' Dilth. Preg. cum Heckero, sed formula ἅδ' ἐγώ inprimis propter illustre Asclepiadis epigramma Anth. Pal. VII 145, 1 (cf. etiam Mnasalcas III 71 p. 299 Cougny) videtur percrebruisse, quapropter etiam apud Bassum Lollium A. P. VII 386, 1 ἥδ' ἐγὼ ἡ τοσάκις Νιόβη λίθος, ὁσσάκι μήτηρ equidem codicis Palatini formam ἅδ' reponendam esse censeo ‖ ἅδ' ἐγὼ ἡ] ὥδε δ'ἐγὼ Π (ubi omnino corruptissimae lectiones comparent) ‖ βασιλήων] βασιλέων V Sath., βασιλείων Π Pis. (non Iriart.) ‖ *2)* τε]δὲ v R Π Sath. Zon. (Jac. Dilth. Preg.) ‖ *3)* ἡ πολύπαις] ὑπολύπαις Π ‖ βασίλεια] βασιλεία V ‖ καὶ ἡ] καὶ ἡ Heck., καλὴ Jacobs. ed. crit., quod citra necessitatem receperunt Dilth. Preg. ‖ λοχείῃ] (λοχείη Π) λοχεία V ‖ δείξασα λοχείῃ] δείξασα λοχίῃ Zon. (Ducangii cf. vol. VI p. 92 Dind.; ipse Dindorfius falso δόξαν λελαχοῦσα edidit, codicis Paris. 1715 memoria δόξᾰ λαχοῦσα deceptus, ubi ν suprascripsit et αχοῦσα in vacuo spatio supplevit alia manus cf. vol. V p. CCLIII), δείξασα λοχείην v Vind. Cedr. Anon., δείξασα λοχίην C ‖ *4)* ὡς] εἰ in Zonarae codice Paris. 1715 suprascriptum est cf. ad v. 3 ‖ ἀγαθὸν] ἀγαθὸς Pis. (non Iriart.) ‖ τελέθει] τελέθη C Π ‖ 5 (κεῖμαι Π) σὺν τεκέεσσι] σὺν τεκέεσι C, συντεκέεσι Π, σὺν τέκεσι Vind., συντεκέσι Pis. (σὺν τεκέεσι Ir.) ‖ ἡμετέρῳ] ἡμετέρων Π ‖ (παρὰ κοίτη v) ‖ 6 δήμου καὶ στρατιῆς] recte exhibent Vv, δήμου τε στρατιῆς τε (sic) M ‖ λύσσῃ ἀθεσμοτάτῃ δήμου καὶ στρατιῆς] δήμου ἀτασθαλίῃ (ἀτασταλίη C) καί μανίῃ (μανία Vind.) στρατιῆς (στρατίης L Π, στρατιᾶς R cum Zonarae cod. Paris.) CL l R Vind., Leo Π Cedr. Zon. Anon. Niceph., δήμου ἀτασθαλίῃ καὶ μανίᾳ στρατηγοῦ Sath., δήμοις ἀπασθαλίη καὶ μανίης στρατίης Pis. (sic! δήμου ἀτασθαλίῃ καὶ μανίῃ στρατιῆς Ir.). Codicis v memoriam a Schubarto Zeitschr. f. d. Alterthumswissenschaft vol. I (1834) p. 1143 publici iuris factam ita refingendam esse: δήμου καὶ στρατιῆς λύσσῃ ἀθεσμοτάτῃ statuit Hecker. Cui adstipulantur Dilthey et Preger, ego autem versificatoris potius incuriam quam librarii mendum adgnosco cf. e. gr. Joannes Geometres (apud Cramerum, Anecd. Paris. vol. IV p. 266, 1—366, 3) p. 295, 24 καὶ σοφίῃ θάλλων καὶ τόλμῃ κραδίης, 314, 26 καὶ νοῖ νοῦν παρέχεις, τῇ ψυχῇ δὲ λόγον,

cognatione quadam inter se contineri intelligimus, cum reliqui codices chronographorum traditionem referant cf. ad. v. 6.

---

336, 15 δάκρυα θερμὰ χέω σπένδων καὶ κραδίην. — 316, 12 λόχμαι καὶ λιβάδες, ὄρνεα καὶ θῆρες, 317, 9 δεύτερα τῆς Τριάδος. κλαύσετ' Ἰωάννην (quod hemistichium recurrit l. 11. 13. 15. 17, praestat tamen κλαύσατ' Ἰωάννην = p. 334, 28. 30; 335, 2), 19 ὕδατος ἀντὶ δάκρυ ῥεύσατ' Ἰωάννῃ. 329, 15 γλῶττα μὲν Εὐτέρπη, Οὐρανίη δὲ φρήν. 333, 11 ὀκτωκαιδεκέτην εἰσέτι σ' (l. σ' εἰσέτ') Ἰωάννη. 334, 24 καὶ λῃστοῦ μείζω καὶ Μανασσῆ (l. Μανασσῆ) πλείω, 338, 29 ἐλπίδας ἀμφιδύμους, αὖτις ἐρῶ [τὰ] πρῶτα (ubi τὰ expunxi). [Sed Paradis. XXXIII 2 (Patr. Gr. vol. CVI p. 876 B) καὶ παρὰ τοὺς προτέρους πάσχειν οἰκτρότερα legendum omnino πάσχομεν, quemadmodum sub Nili nomine habet Werfer, Act. philol. Monac. vol. III 1 (1820) p. 86] ‖ 7 sq. inverso ordine offerunt CLRVind., II Sath. Zon. in cod. Monac. et Paris. (cf. Dind. vol. V p. XC et CCLIII) Pis. Anon. ‖ 7 τῆς Ἑκάβης] τίς Ἑκάβην σε Pis. (τίς Ἑκάβῃ Jr.) ‖ ἔτλην τῆς Ἑκάβης] τῆς Ἑκάβης ἔτλην R Vind., Cedr. Sath. Zon., τὸν Αἰκάβης ἔτλην II ‖ πολὺ χείρονα] πολυχείρονα RII (Matrit. ap. Ir.) ‖ τῆς τ' commodius Zonarae editiones praebent nec tamen cod. Mon. et Par. (cf. Dindorf. l. c), unde τ' adsumpserunt post Brunckium (Analect. Lectt. vol. III p. 304) Jacobsius, Hecker, Cougny (II 732 p. 214), Dilthey, Preger ‖ Ἰοκάστης] Ἰοκστης Pis. (non Ir.) ‖ 8 αἲ αἲ (αἰαί Dind. in Zon. cf. Ellendt-Genthe, Lexic. Sophocl. p. 12 sq.)] αἲ αἲ II, ναὶ μὴν Dilth., ναὶ ναὶ (ex v. 9) Preger perperam ‖ Νιόβης] Νιώβης Pis. (non Ir.), Νηόβης II ‖ ἔμπνοός εἰμι λίθος] praeter M recte tradunt Vv l. (ἔμπνοος εἰμὶ Mv), ἔμπνοός εἰμι νέκυς CL Vind., Leo Cedr. Sath. Zon. Pis. Anon. Niceph., eodemque redeunt ἐμπνεόμενος νέκυς in R (cum glossa marginali: ἔσφαλται) et ἔμπροσθεν εἰμι νέκυς in II. Nihili est Heckeri (ed. 2) coniectura ἄπνοός εἰμι λίθος nec Diltheyi emendatio ἔμπνοος οἷα λίθος necessaria videtur: ζῶσα λίθος ἐγένετο (Apostol. XII 11 p. 544 Leutsch) Niobe, itaque Constantina, quae quidem sua mala cum Niobes infortunio conferat (cf. Joannes Geometres p. 271, 10 Cram. ἄλλης Νιόβης δυστυχοῦς ἕλκει βίον) recte τῆς Νιόβης ἔμπνοος λίθος nuncupatur cf. N i o b a e l a p i s apud Propert. IV. 9, 8, tum Macedonius Anth. Pal. V 229, 1 sqq. τὴν Νιόβην κλαίουσαν ἰδών ποτε βουκόλος ἀνὴρ | θάμβεεν, εἰ λείβειν δάκρυον οἶδε λίθος· | αὐτὰρ ἐμὲ στενάχοντα τόσης κατὰ νυκτὸς ὁμίχλην | ἔμπνοος Εὐΐππης οὐκ ἐλέαιρε λίθος, quos versus imitatione expressit Nicetas Eugenianus VI 614 sqq. (Erot. vol. II p. 520 Hercher) ‖ 9 γενέτην] γενέταν l Vind., Cedr. Anon. ‖ τί δὲ καὶ τὰ νεογνὰ ἔθυσαν] praeter M optime suppeditant Vv, τί μάτην τὰ νεογνὰ (νεωγνὰ II) ἔκτειναν (ἔκτεινε Pis.) LlR Vind., Leo II Cedr. Sath. Zon. Pis. Anon. Niceph., διὰ τί τὰ νεογνὰ ἔκτειναν C ‖ verba ναὶ -ἔθυσαν] optimam sententiam praestant (p r o f e c t o p a t r e m s u o i u r e t r u c i d a r e p o t e r a n t, s e d c u r l i b e r o s o b t r u n c a r u n t?), reiciendae igitur sunt coniecturae Jacobsii εἰ καὶ τὸν γενέτην, τί μάτην τὰ νεόγν' ἀπέκτειναν, Diltheyi αἰαῖ τῷ γενέτῃ τί δὲ καὶ τὰ νεόγν' ἐπέθυσαν (ubi ἐπέθυσαν iam Hecker temptaverat in ed. 2; ἔκτειναν ed. 1), Pregeri αἰαῖ τὸν γενέτην· τί δὲ καὶ τὰ νεογνὰ ἔθυσαν; ‖ 10 ἀμπλακίης μερόπων] cum M adgnoscunt Vv, ἀνθρώπων κακίης (κυκίης Pis.) ClR Vind., Leo II Cedr. Sath. Zon. Pis. Anon. Niceph. ‖ μηδὲν C ‖ 11 ἡμετέροις] ἀμετροις Zon. cod. Paris, ubi ἁμετέροις delitescere sibi persuasit Dindorfius cf. vol. V p. CCLIII ‖ πετάλοισι] πετάλοις l II Sath. Pis., κλάδοισι M, unde ἡμετέροισι κλάδοισι vix recte effecit Dilthey (Preger) ‖ οὐκέτι] οὐ νέα Zon. cod. Paris, quam lectionem falso adscivit Dindorfius ‖ Ῥώμη om. l ‖ 12 γὰρ om. II ‖ ἐκλάσθη] ἐκκλάσθη Cedr., ἐθλάσθη R probante Diltheyo ‖ Θρηϊκίοις] Θρηηκίοις V ‖ Θρηϊκίοις ἀνέμοις] θρηϊ- κίοις μηδὲν ἐπιστάμενα ἀνέμοις Pis. (non Ir.)

8. 9. 10; peculiarem vero locum l tenet, ut qui v. 8 λίθος cum MVv exhibeat, ceteroquin ad historicos se adplicet. Familiae MVv concordiam[20]) praeterea Juliani versus de organis (Anth. Pal. IX 365) arguunt in Vv epitaphio nostro praemissi, in M separatim (f. 73ᵛ cf. n. 12) ita traditi, ut eadem recensionis norma[21]) compareat.

## III.

### Εἰς τραυλόν.

Ὦ τραυλορῆμον, τραυλεπίτραυλε γνάθε,
τραυληλαλοῦν ἄναρθρα, τρυγόνος τρόπον,
σύριζε, κράζε, τρύζε σὸν λάλον μέλος,
κροῦ κροῦ κεκραγὼς ἐν ἄκροις δένδρων[22]) κλάδοις.

Quod epigramma exacto indicio examinari nequit, nisi adiumentum extrinsecus adsciscimus; opportune autem succurrunt codex Laurentianus Plut. V n. 10 (cf. p. 295 supra) f. 214ᵛ et Parisinus 1720 f. 73ᵥ. Ac primum quidem gravis de versuum auctore quaestio solvitur, quoniam Laur. enucleate nomen adponit (Λέοντος φιλοσόφου εἰς τραυλὸν μαθητὴν αὐτοῦ), Par. (στίχοι εἰς τὸν φυσιγνάθον) haud obscure significat, cum στίχοι λεγόμενοι καρκίνοι διὰ τὸ ἀναγινώσκεσθαι ἑκατέρωθεν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς καὶ τοῦ τέλους, Λέοντος τοῦ ῥήτορος praecedant. Quae lemmatum differentia nullam prorsus difficultatem habet, si Leonem philosophum, alias magistri, proconsulis, patricii cognomine ornatum[23]) etiam rhetoricae operam navasse reputamus cf. Anecdota Matrangae vol. II p. 559 ἔρρε μοι, ὦ τριτάλαινα Πολύμνια, ἔρρετε Μοῦσαι, | αὐτὰρ ἐγὼν ἀπὸ

---

20) Agathiae nomen in Vv obvium, cum poeta Myrinaeus propter temporum rationes admitti nequeat neque vero Diltheyi sententia (p. 23) de iuniore aliquo Agathia, 'Myrinaei fortasse nepote', cogitantis adrideat, epigramma lemmate Ἀγαθίου ornatum excidisse probat. Nicolao Hydruntino epitaphium ex falsa coniectura tribuit Bandinius, Catalog. vol. III p. 542.

21) Cf. 3 ἡμετέροις δονέονται Pal. et Plan., ἡμετέροισι δονεῦνται MVv (quae hexametri clausula a posterioribus praefertur cf. Koechly ad Quint. Smyrn. p. XLII sqq.) et 8 σκιρτῶντες Pal. Plan., σκιρτεῦντες MVv (quae scriptura lectior est cf. Oppian. Cyneg. IV 342 σκιρτεῦσιν cl. Lobeckio Rhemat. p. 169). Ceterum varietas ἡμετέροισι δονεῦνται in Vatic. 1416 f. 244ᵛ (et 1169 f. 73ᵛ) ex codice Musuri (cf. Append. Barber.-Vatic. p. VI) editionis Planudeae exemplari admovetur, nec non χειρῶν v. 6 (Pal. MVv) pro χειρὸς (Plan. et codex Laurentianus Plut. XXXII. n. 50 f. 17ʳ).

22) Δένδροις M.

23) Cf. Krumbacher p. 722 sq. cl. Ehrhardi supplemento ibid. p. 131.

νῦν ῥητορικῆς ἔραμαι.[24]) Hinc igitur modo Leoni philosopho modo Leoni rhetori libri manuscripti versus carcinos vindicant, quos perperam[25]) sub Leonis VI Sapientis nomine edidit Leo Allatius, Excerpt. var. Graecorum Sophistarum (Romae 1641) p. 398 (= Patr. Gr. vol. CVII p. 665 sq.):

Σοφὸς ἔγωγε ἤδη ὢν ἄνω χαρᾷ[26]) τῶν ἄνω γελῶ τὰ κάτω λέγων· ἄνω ταραχῶν ἂν ὤ, ἤδη ἔγωγε σοφός.
Ὦ[27]) σόν, ἄναρχε, νόμον ἔχρανα νόσῳ.
Σοὶ τῷ φωτὶ σοφὸς ἴτω Φώτιος.
Νῷ ἐλᾷ τὰ μὴ ὀνητὰ σοφὸς ἄτῃ[28]) νοήματα Λέων.
Νοσῶ· σύ, ὃς ᾖ[29]) ἴαμα, Ἰησοῦ, σῶσον.
Νίψον ἀνομήματα, μὴ μόναν[30]) ὄψιν.
Ἱερὰ σὰ παρὰ χείλη, Ἦλιε, χαρὰ πᾶσα ῥεῖ.
Νόμον ὁ κοινὸς ἔχε σὸν οἰκονόμον.
Ἴτε τάφῳ, σὺ δ' ἔδυς· ὢ φατὲ τί.[31])
Ἀμώς, ἴασαι νόσον, ἴασαι σῶμα.
Σάρκας ἃς εἷλες ἄναξ, ἔσωσε ξάνας ἐλείσας[32]) ἄκρας.
Σός εἰμι, τίμιε, σός.
Ἀβᾶ[33]) φάγε μέγα φάβα.
Ὦ γένος ἐμόν, ἐν ᾧ μέσον ἐγώ.
Ἀναβάσατε τὰ σάβανα.
Νοσῶ, σῶτερ, ὑπὸ πυρετῷ· σῶσον.
Ἐρεῖς ὁ ἐν Σάμῳ Θωμᾶς, νέος ἱερέ.
Ἄναξ ἐτάκη, ἅττα ᾗ[34]) κατέξανα.
Νομικῶς ἀββᾶς ἐξέλεξε Σάββας ὤκιμον.
Εἰπέ, σὸν αἷμα Δαμιανὸς ἔπιε.
Σοφά τε καὶ μὴ γῆ μία καὶ τάφος.
Εἶπεν ἄφρων· ὀρφανὲ πίε.[35])

---

[24]) Quodsi in re incerta hariolari licet, blateronis convicio a Leone apte notari poterat Constantinus Siculus, qui magistrum acriter scriptis vexavit cf. ibid. p. 555 sq.

[25]) In eodem errore versatur Krumbacher p. 721.

[26]) All. χαρὰ exhibet.

[27]) Ὦ All., ac similiter v. 9. 14.

[28]) Ἐλατὰ et ἄτη All.; nostra emendatio extra omnem suspicionis aleam est posita.

[29]) All. εἶ.

[30]) Μόνον All.

[31]) Malim φατέ τι.

[32]) All. ἔσω ὡς ἐξάνας ἐλιέσας. Mihi ἐλείσας novicia est forma pro ἐλεήσας.

[33]) Ἀβὰ All.

[34]) All. ᾗ.

[35]) Πίε All.

[Εἲς ὅλα καλὸς εἶ, καλὸς εἶ (sic).
Ὦ πόρτης πρέδετε δέρπῃ τρύπῳ.[36])
Νοτὶς ἔβαλε, σοφὸς ἔλαβε σῖτον.
Ἕλε ἐμὲ σοφέ, νέφος ἐμὲ ἕλε].[37])

Cf. α) Vatic. 1014 (bombyc. in 4°, s. XV) f. 143v sq., 1416 f. 264r sq. (et 1169 f. 87r),[38]) Urbin. 120 (chart. s.

---

[36]) Corruptam lectionem sanat codex Vaticanus Gr. 459 (membran. in fol., s. XIII) f. 274r, ubi verba ὦ πόρτης πρέδευε δερπεητρόπω carcinorum (στοίχοι καρκίνοι) seriem inchoant, sed sensum sanum equidem non elicio.

[37]) Ineptos versus 23—26 expunxi, praesertim cum Vatic. 1014, qui Allatii codicem arcta cognatione adtingit, tantummodo 1—22 praebeat. Adsumpsi autem ex Vat. emendationes v. 1. 2. 9. 13. 14. 18. 22, recipere nolui 17 ἱερεῖς—ἱερεῖ pro ἐρεῖς—ἱερέ, nec magis ἐμῶν 14, ubi ω ex ο corrector effecit. Scilicet pessimae notae poetaster tantum soni rationem ducens sine ullo discrimine ο et ω adhibet, quae lex etiam de v. 22 valet, ubi primo adspectu emendatio ἄφρον se offert cf. insuper v. 21, quo loco ε et αι confunduntur, tum v. 5, ubi fortasse diphthongi ει sonus ab η nihil differt, quae ratio etiam v. 11 ἐλήσας pro ἐλείσας (= ἐλεήσας) commendat. Ceterum Vat. corpusculo Allatiano alios quattuor versus retrogrados praemittit, ex Anthologia Planudea notos (cf. XVI 387* et 387** vol. II p. 608 Didot.):

a) Ἀθλήσας ἤδη πώλῳ πηδήσας ἦλθα (ἦλθε Vat.).
b) Ἀμήσας ἄρδην ὀροφηφόρον ἤδρασα σῆμα.
c) Ἀλύξας (ἀλύσας Vat.) ὥρην ἠνεμωμένην ἤρωσα (ἤροσα?) ξύλα.
d) Ἤδη μοι Διὸς ἄρα πηγὴ παρὰ σοὶ Διομήδη,

lemmatum vero diversitas diversos auctores innuit: στίχοι καρκίνοι ἡρωϊκοί (nimirum omni quantitatis discrimine remoto hexametri evadunt) et ἕτεροι ὅμοιοι Λέοντος φιλοσόφου.

[38]) Anthologiae Planudeae sylloge observatione amplificatur (cf. adnot. 21 supra), quae memoriam codicis Vatic. 1014 ita exprimit, ut 4 hexametri et 15 Leonis carcini (1—15) referantur: ἔμμετροι κατὰ ἀναποδισμόν. in alio exemplari sic leguntur: 1 ἀθλήσας ἤρ (sic 1416, ἤ 1169), 2 ἀμήσας ἄρ, 3 ἀλύξας ὤ. εἰς Διομήδους τάφον (quae versus quarti inscriptio in Vat. 1014 prave verbis ἀθλήσας κτλ. adhaesit), 4 ἤδη μοι. Λέοντος φιλοσόφου, 5 σοφὸς ἔγωγε, 6 κάτω λέγων (videlicet sententia σοφὸς ἔγωγε — ἔγωγε σοφὸς perperam in duas partes dirimitur), 7 ὦ σὸν ἄναρχε νόμον ἔχρανα νόσῳ, 8 σοὶ τῷ φωτὶ σοφὸς ἴτω Φώτιος, 9 νῶε λατά, 10 νοσῶ· σὺ ὅστ' (sic) ἡ ἴαμα, Ἰησοῦ, σῶσον, 11 νίψον ἀνομήματα, 12 ἱερὰ τὰ παρά, 13 νόμον ὁ κοινός, 14 ἴτε τάφῳ, σὺ δ' ἔδυς· ὦ φατὲ τί, 15 Ἁμῶς ἴασαι νόσον. ἴασαι σῶμα (ἴασαι νῶμα 1416), 16 σάρκας ἃς εἶλες ἄναξ ἔσω ὡς ἔξανας ἐλέεισας ἄκρας (sic! neque aliter 1014, nisi quod ἐλιέσας cum All. habet, ubi ιε m. rec. in rasura adscripsit), 17 σός εἰμι, τίμιε, σός, 18 ἀβᾶ (ἀβᾶ codd., quemadmodum in 1014 corrector exhibuit) φάγε μέγα φάβα, 19 ὦ γένος ἐμῶν (cf. ad n. 37), ἐν ᾧ μέσος (sic) ἐγώ, 20 ἀναβάσατε τὰ σάβανα. — Idem supplementum ex eodem fonte librarius recentior adiunxit in codice Parisino 2744 (bombyc. in fol. min., s. XIV) f. 18r sq. (v. 16 ἔσω ὡς ἔξανας ἐλείας legitur, sed v. 19 recte ἐμὸν et μέσον), ipsius Planudis autographum (codex Marcianus 481 Zan. cf. Append. Barber.-Vatic. p. VIII sqq.) f.

XIII/XIV) f. 1[39]), — β) Ambrosian H 22 sup. (chart. in 4°, s. XVI) f. 94v.[40])

---

65r tantum decem versus in editione Duebneriana excussos (= hexam. a. b. c. d, Leo 5. 4. 7. 6. 8. 1) suppeditat, attamen v. 1 ἀθλήσας ἤδη πώλῳ πηδήσας ἦλθα, — 4) ἤδη μοι Διὸς ἄρα πηγὴ παρὰ σοὶ Διομήδη. — 10) σοφὸς ἔγωγε ἤδη ὢν ἄνω, χαρᾷ τῶν ἄνω γελῶ τὰ κάτω, λέγων· ἂν ὦ ταραχῶν ἄνω (cf. Duebner p. 642 sq.), ἤδη ἔγωγε σοφὸς alia manus adiecit.

[39]) Librum ex Stornajoli catalogo (codices Urbinates Graeci bibliothecae Vaticanae, Romae 1895) p. 201 novi, qui duodecim Leonis versus exhiberi notat.

[40]) Ad lemma Λέοντος ῥήτορος καρκῖνοι pertinent: Leo 5 et 4, ἀθλήσας ἤδη πώλῳ πηδήσας ἦλθα. — ἀμήσας ἄρδην ὀροφηφόρον ἤδρασα (ἤδρασα cod.) σῆμα. — ἤδη μοι Διὸς ἄρα <πηγὴ om.> παρὰ σοὶ Διομήδη. Leo 11, ἡ πύλη ἰταμῶς σώματι ἡ λύπη, — σοφὸς Σάββας ἀββᾶς (ἀββὰς cod.) σοφός, Leo 13, ἕλε σὺ δὴ ὁ σοφὸς ὁ ἡδὺς ἕλε, eandemque farraginem adiecto versu ἀναβάσατε τὰ σάβανα (= Leo 14) adgnoscit Paris. 1720, qui cum Ambros. L e o n i s r h e t o r i s nomen promit. Mire autem Ambros. eiusdem sylloges partem simul ad alios auctores refert: haec enim f. 94r sq. leguntur: Ἰ ω ά ν ν ο υ Τ ζ έ τ ζ ο υ καρκῖνοι· ἀ θ λ ή σ α ς ἤ δ η π ώ λ ῳ π η δ ή σ α ς ἦ λ θ α, — νόσον ἔβαλεν (ἔλαβεν m. pr.) ὁ λιμός, ὃς ὅμιλον ἔλαβεν ὅσον, — ἀ μ ή σ α ς ἄ ρ δ η ν ὀ ρ ο φ η φ ό ρ ο ν ἤ δ ρ α σ α (ἤ δ ρ α σ α c o d.) σ ῆ μ α. — ἀλύξας ὥρην ἠνεμωμένην ἤρωσα ξύλα. ἤ δ η μ ο ι Δ ι ὸ ς ἄ ρ α π η γ ὴ π α ρ ὰ σ ο ὶ Δ ι ο μ ή δ η. — Τ ο ῦ Π τ ω χ ο π ρ ο δ ρ ό μ ο υ· σοφὸς ἔγωγε ἤδη ὢν ἄνω (ἂν ὦ cod.) ἤδη ἔγωγε σοφὸς (cf. Leo 1), — Leo 2. 5. — ἕ λ ε σ ὺ δ ὴ ὁ σ ο φ ὸ ς ὁ ἡ δ ὺ ς ἕ λ ε. — Σολομῶν φήσω Ἰωσὴφ νῷ μόλος, Leo 8. 7. 6. Quam lubrica vero iudicandi ratio in quisquiliis istis sit, vel codex Vaticanus 1357 (chart. in fol., s. XV) probabit, ex quo haec enotavi f. 43v: <καρ>κῖνοι <στί>χοι <ἡρ>ωϊκοὶ (ubi verba a nobis adiecta bibliopegi culpa interciderunt): ἤδη μοι Διὸς ἄρα πηγὴ παρὰ σοὶ Διομήδη. — ἀθλήσας ἤδη πώλῳ πηδήσας ἦλθα, — ἀμήσας ἄρδην ὀροφηφόρον (ὀροφηφόρον cod.) ἤδρασα σῆμα. 1) Στίχος ἰαμβικὸς Δωρικὸς καρκῖνος Ἰ ω ά ν ν ο υ τ ο ῦ Τ ζ έ τ ζ ο υ εἰς τὴν βίβλον τοῦ Σιράχ· Σιρὰχ ᾄσασα ψυχή, ᾄσασα χάρις. 2) τ ο ῦ α ὐ τ ο ῦ ἄλλος καρκῖνος· Σ ο λ ο μ ῶ ν φ ή σ ω Ἰ ω σ ὴ φ ν ῷ μ ό λ ο ς. 3) ἄ λ λ ο ς· ἕ λ ε σ ὺ δ ὴ ὁ σ ο φ ὸ ς ὁ ἡ δ ὺ ς ἕ λ ε (ἕλε utrobique). 4) εἰς τὴν Ἀνδρομίδα (sic) τ ο ῦ α ὐ τ ο ῦ καρκῖνος· ἡ ποιητή, ὦ μῦθοι. ἥβῃ ἰοθύμῳ (adiectivo carent Lexica) ἡ τῇ Ἰόπῃ. — Quonam fundamento nixus hexametros ἀθλήσας κτλ., ἀμήσας κτλ., ἀλύξας κτλ. Juliano vindicaverit Ruhnkenius, plane ignoro; veruntamen carcinorum genus antiquitus cultum esse evincit inscriptio parietis Pompeiani (n. 2400 Zangemeister = Kaibel, Epigrammata Graeca ex lapidibus collecta n. 1124 p. 506) ἤδη μοι Διὸς ἄρ' ἀπάτα παρὰ σοὶ Διομήδη, quae manifesto inficetum aetatis Byzantinae fetum procreavit. Grammaticum, qui epigrammatum coronam in codice Laurentiano Plut. XXXII n. 50 f. 13r—17r contexuit, isopsephorum memoria videtur impulisse, ut verbis νίψον ἀνομήματα, μὴ μόναν ὄψιν f. 15r notam Λεωνίδου δοκῶ adsriberet, siquidem procul dubio de Leonida Alexandrino cogitabat: Leonis vero auctoritas et ipsa debilis est, quandoquidem Anthologiae Graecae codex Heidelbergensis (Palatinus) lemma τ κ στυλ καρκιν exhibet, ubi poetae nomen latere consentaneum est. Nec tamen audiendus est Duebner, qui Jacobsianae lectioni (ed. crit. vol. III p. 5) τοῦ κύρου στυλίτου confisus vocis κύρου (sive κυροῦ) notione non perspecta τοῦ Κύρου Στουδίτου temptabat vol. II p. 642 (scil. C y r i a l i c u i u s m o n a c h i e m o n a s t e r i o S. J o a n n i s d e S t u d i o): melius (Symeo) Stylites iunior (de quo cf. Ehrhardus

Uberes fructus praeterea varietas lectionis in Leonis epigrammate fundit: videlicet inter 1 et 2 integer versus ex Laur. V n. 10 et Paris. 1720 accedit τραυλόλαλον (τραυλίλαλον Par.),[41]) πάντραυλον, ἔντραυλον στόμα, qui in M propter ὁμοιόαρκτον periit, unde etiam prava memoria τραυληλαλοῦν (M) pro τραυληγοροῦν (Laur. Par.)[42]) commode explicatur; deinde v. 4 scriptura πρύμνοις (Laur.) et πρέμνοις (Par.) pro ἄκροις genuinum contextum πρυμνοῖς[43]) monstrat, denique v. 3 τραυλὸν (Laur. Par.) lectioni λάλον longe praestat. Ex contrario verborum ordo κράζε, τρύζε (τρίζε Par.),[44]) σύριζε in Laur. Par. minus placet, deterior etiam est codicis Laurentiani scriptura τρόπῳ v. 2, plane inepta τραυλεπῆ, τραυλεγνάθε pro τραυλεπίτραυλε γνάθε v. 1.[45]) Nostram enim lectionem composita λεπτεπίλεπτος, φαυλεπίφαυλος, — κυβεπίκυβος, παππεπίππαππος, — πεντεπίπεντε[46]) comprobant, ad quorum similitudinem ἀλλοπρόσαλλος et δουλέκδουλος.accedunt.[47]) Conferri potest praeterea adverbium κακενκάκως, quod ex vita manuscripta S. Stephani iunioris excitat Ducangius Glossar. vol. II p. 306, attamen in Montefalconii et Loppini editione (Analecta Graeca, Paris. 1692, p. 396 sqq.), quam in Patrologia Graeca vol. C p. 1069 sqq. repetitam habes, distincte κακινκάκως τὸ ζῆν ἀπέρρηξεν p. 527 (p. 1184 B Migne) extat, aeque ac p. 515 (p. 1173 A) κακιν-

---

apud Krumbacherum p. 144 sq.) in censum venire poterat, sed libri Palatini compendium a me, oculato teste, expressum potius ad Στυλιανοῦ ducit, ac revera lemma στυλι (= Στυλιανοῦ) eidem versiculo in codice Parisino 2744 f. 18v adpictum esse vidi. Intelligendus autem est Stylianus Mappa, Neocaesareae archiepiscopus, Leonis philosophi et rhetoris aetati coniunctus.

41) Cf. Lobeckius ad Phrynich. p. 650 sqq.

42) Verbum ignorant Lexica: idem cadit in ἔντραυλος, πάντραυλος, τραυλεπίτραυλος, τραυλόλαλος, κροῦ.

43) Cf. Hesych. s. v. πρυμνόν· τὸ ἔσχατον, τὸ ἄκρον. Libri Laurentiani accentum commendat Hesychii glossa πρύμναι· αἱ ἄκραι, at cf. Herodianus vol. I p. 174, 18, II p. 51, 1 sqq.; 90, 24 Lentz.

44) Cf. Thesaur. vol. VII p. 2430 et 2538.

45) Itaque Graecitati eximenda sunt adiectiva τραυλεπὴς et τραυλογνάθος, quae quidem L. Dindorfius Thesauro inculcavit (vol. VII p. 2366 B). Recte tamen idem vir doctus formam τραυλορήμον ex scriptura τραυλορῆμεν elicuit, quam in Laur. extare falso adfirmavit Bandinius vol. I p. 30.

46) Ex Duebneri coniectura pro πέντ' ἐπὶ πέντε apud Lucillium Anth. Pal. XI 87, 4 (in codice Heidelbergensi πέντ' ἐπιπέντε legi testor, Planudis autographum Marcianum f. 26r sententiam glossa interlineari κε explicat.).

47) Sine praepositione anadiplosis occurrit in ἀλφαβηταλφάβητος (Meletius ap. Krumbacherum p. 718), αὔταυτος (sive potius αὐταυτοῦ -τας -τοῦ κτλ. cf. Kuehner-Blass, ausf. Grammat. vol. I 1 p. 600), Βακχόβακχος (cf. Lobeckius Pathol. Elem. vol. I p. 473 sq.), δυναμοδύναμις, ἐνάενος, κυβόκυβος.

κάκως παρευθὺ τοῦ ζῆν ἀπαλλαγεῖ (l. ἀπαλλαγῇ), quo loco varia lectio κακηνκάκως notatur. Alterum exemplum apud Alciphronem Epist. III 48, 1 pro κακὸς κακῶς Seileri codex Θ subministrat (κακεγκάκως), sed κακηγκάκως Ven. (cf. Seiler p. XLI), V in mg. (pro κακησκάκως ), Γ (γ a m. rec.) adgnoscunt. Sane Alciphroni locutio κακὸς κακῶς ἀπόλοιτο relinquenda est probae Graecitatis (cf. Blaydesius ad Aristophan. Equit. 2) et ipsius Alciphronis usu (cf. III 10, 1; 17, 1; 28, 3) firmata, sed nihilominus falsa est Meinekii observatio (p. 143): 'satis mira depravatione codd. consentiunt in κακηγκάκως vel κακενκάκως'. Hanc quidem formam recte explosit Corais Ἄτακτα vol. IV 1 (Paris. 1832) p. 203, posterioris vero aevi sermoni κακὴν κακῶς (sive κακηγκάκως) vindicavit, ὁδὸν vel τύχην mente ad κακὴν supplendum esse statuens (cf. insuper vol. II — 1829 — p. 166 sq.). Quam quaestionem nuper docte retractavit E. Kurtzius (das Adverbium κακιγκάκως) Byz. Zeitschr. vol. III (1894) p. 152 sqq., qui exemplorum larga copia instructus κακιγκάκως longe plurimis testimoniis fulciri pronuntiavit, nec tamen Krumbachero persuasit, quippe qui (ibid. p. 154 n. 1) κακὴν κακῶς ubique scribendum esse putet. Itaque sibi constitit Krumbacher, cum Byz. Zeitschr. vol. VII (1898) p. 482 sq. ter κακὴν κακῶς reponeret in passione S. Catharinae a Josepho Viteau edita[48]) I cap. 18 p. 19, 8. 13 et II cap. 19 p. 36, 34 (pro κακηνκακως et κακιγκακως, quas lectiones editor in κακὴ κακῶς mutavit),[49]) quemadmodum olim fecerat Meursius apud Constantinum Porphyrogennetum de admin. imper. 13 p. 84, 3 (pro κακὴν κάκος i. e. κακηγκάκως)[50]), (40 p. 173, 6 Bonn. (pro κακινκάκως) et in Constantini Manassae Chronico v. 2260 (pro κακιγκάκως), tum C. Weymann Byz. Zeitschr. vol. II (1893) p. 299 in martyrio S. Irenae (apud Wirthium, Danaë in christlichen Legenden, Vindob. 1892) p. 143 l. 866 (pro κακιγκακῶς),[51]) postea Schmidtius in martyrio Codrati[52]) (Archiv f. slavische Philologie vol. XVIII, 1896) p. 175, 28 sq. et Iv. d. Gheyn in passione S. Sabini[52]) (ibid.) p. 182, 23

48) Passions des saints Ecaterine et Pierre d' Alexandrie (Paris. 1897).

49) Eodem pertinet editoris emendatio III cap. 19 p. 61, 5 ἀπαλλάξαι κακὴν (subiectum in constructione accusativi cum infinitivo) κακῶς τοῦ ζῆν, ubi κακηγκακως et κακιγκακως codicum est memoria (scil. librorum accentus in apparatu critico leviter neglexit Viteau).

50) Κακινκάκως Bandurii est emendatio.

51) Haec forma perperam a Lobeckio Pathol. Elem. vol. I. p. 183 ex Manassa profertur. Ipse Wirthius p. 142 l. 851 ad ἐθανάτωσεν glossam κακινκάκως ἀνήλωσεν commemorat.

52) Opusculi notitiam insigni Kurtzii benignitati et doctrinae debeo.

(pro κακιγκάκως).[53]) — Mihi synthesin in penultima accentu notatam metri ratio apud Constantinum Manassen Chron. 3100 ἐπεὶ γοῦν Ἀναστάσιος ᾤχετο κακιγκάκως sancire, consimile compositionis exemplum ἀλληνάλλως[54]) formam κακηγκάκως (κακηνκάκως) commendare videtur, ex qua κακιγκάκως (κακινκάκως) et librarii et deterioris notae scriptores itacismi momento effecisse censendi sunt. Exemplorum vero series praeter locos supra prolatos haec in promptu est:

1) Joannes Geometra de S. Panteleemone 716 οὐκ οἶσθα, ποῖον καὶ κακηγκάκως μόρον ex auctoritate codicis Laurentiani Plut. V n. 10.[55])

2 sq.) Vita et passio S. Procopii apud Papadopulum-Cerameum Ἀνάλεκτα Ἱεροσοσολυμιτικῆς σταχυολογίας vol. V (Petrop. 1898) p. 3, 19 et 6, 8 κακηνκάκως.

4 sq.) Vita Barlaami et Joasaph in Boissonadi Anecd. Gr. vol. IV 220, 3 κακηγκάκως, sed p. 236, 4 κακιγκάκως.

6) Etymol. Gudian. p. 63, 17 sq. ἀπαυθαδιάζω· ἀπὸ τοῦ αὐθάδης αὐθαδιάζω· τοῦτο κακὴν κάκως, ubi κακηνκάκως (sive κακηγκάκως) reponendum esse bene perspexit L. Dindorfius Thesaur. vol. I 2 p. 1226 C, —

7) Vita S. Theodori Edesseni (ed. Pomjalovskij, Petrop. 1892) p. 78, 23 κακιγκάκως.

## IV.

Νικολάου πατρικίου καὶ κοιαίστορος εἰς πεσόντα ἄνθρωπον ἀπὸ τῆς τροιᾶς τοῦ ἱπποδρόμου.

Αἶ αἴ, παπαί, <φεῦ>, πῶς ὁ πότμος ἐστί μοι
ἄδηλος, ἀπρόοπτος, ἠγνοημένος!
Θέατρον ἦν χθὲς ἱππικῶν, πεζοδρόμων,
καὶ τέρψις οὐκ ἦν· ἀντὶ γὰρ κροτημάτων
στεναγμὸς ἦν ἄπειρος, οἶκτος καὶ κλόνος.
ὡς εἶδον, οἴμοι, τὸν ἐπὶ σχοίνου τότε
πικρῶς ὀλισθήσαντα καὶ παρ' ἐλπίδα
θανέντα πολλῶν εἰς διόρθωσιν βίου,
τῶν οὐ σκοπούντων τὴν τέλους ἀωρίαν,
ἐπηρμένον δὲ καὶ μετάρσιον λίαν

---

[53]) Cf. praeterea Eb. Nestle, Byz. Zeitschr. vol. VIII (1899) p. 157 sq.

[54]) Pro ἄλλην ἄλλως. Cf. omnino μηδαμῇ μηδαμῶς, οὐδαμῇ οὐδαμῶς, πάντῃ πάντως (Lobeck. Paralip. p. 57 sq.).

[55]) In editione principe (Cracoviae 1892 p. 30 = Dissert. class. philol. Academ. litter. vol. XVII p. 247) κακινκάκως M suggessit, in Escurialensi Y — II — 6 falso κακκάκως legitur.

φρόνημα καὶ τύρωμα τῶν κεκτημένων.
Οὐκοῦν, ἀδελφοί, πρὸς ἀνέλπιστον τέλος
ἅπαντες ἡμεῖς ὦμεν ἡτοιμασμένοι,
μήπως ὀλισθήσαντες ἄφνω τοῦ βίου
ἄπρακτα δακρύσωμεν οὐ σεσωσμένοι.

β. Κατὰ ὑπερηφάνων.

Ὄνος τρέχειν ὥρμησεν ὡς ἵππος πάλαι,
καὶ γαυριῶν ἤλαυνεν ἀστάτῳ τάχει,
σφριγῶν, σφαδάζων πρὸς δρόμους ἀνενδότως.
Ὡς δὲ σκελισθεὶς ἐκτάδην ἀνετράπη,
κόραξ προσελθὼν καὶ σπαράττων ἀθλίως
ᾤκτειρεν αὐτὸν τῆς ἄγαν προθυμίας,
ἐπεγγελῶν δ' ἔφησε· 'νῦν ἔγνως ὄνε,
ὅσον κακὸν δόκησις.' Ἀντέφη δ' ὄνος,
ἤδη πρὸς αὐτὴν τὴν τελευτήν· 'ὦ κόραξ,
πάντων καλῶν κάλλιστον ἡ συμμετρία'.
Ταῦτα σκοπῶν βέλτιστε, μὴ μέγα φρόνει,
μήπου σφαλείς που καὐτὸς ἐξ ἀμετρίας
τὸ συμφέρον γνώσειας ἐκ τῶν πραγμάτων.
Οὐκ ἐνδίδως γὰρ οὐδὲ μαλθάσσῃ λόγοις.

**Adnotatio critica:** lemm. κοιαίστορος] κυέστορος citra necessitatem (cf. Du Cange, Glossar. med. et infim. Graecit. vol. I p. 674) corrigit Dilthey, Symbol. crit. p. 18 n. 3, Theophanis locum Chronogr. vol. I p. 382, 17 sqq. (Boor) adlegans, qui ad a. 712 inter acerrimos sexti concilii universalis adversarios enumerat Νικόλαον τὸν ἀπὸ καυκοδιακόνων σοφιστὴν γεγονότα τῆς ἰατρικῆς ἐπιστήμης κυέστορά (κοιαίστορά codex g cf. v. l. ad p. 41, 14; 115, 9; 168, 5; 180, 17; 476, 11; 483, 25) τε τότε ὑπάρχοντα. Ambigi vero potest, an nostri poematis auctor significetur: ceterum Nicolaus quidam patricius ad a. 715 commemoratur apud Muraltum, Essai de chronographie byzantine (Petrop. 1855) p. 743, alium Joanne Tzimisce imperante vixisse testatur Leo Diaconus Hist. VI 8 p. 103, 9 (Bonn) || 1 παπαὶ] cf. Herodian. vol. I p. 503, 7 (Lentz) ἡ δὲ συνήθεια ὀξύνει τὸ παπαί. Eadem scribendi ratio comparet infra f. 113r (Psell. de scabie v. 41) || φεῦ adieci cf. Sophocl. Philoct. 785 cl. 792 || 5 inc. f. 108v || 6 ἐπισχοίνου || 7 παρελπίδα || 8 θανέντα] formam posterioris Graecitatis propriam consulto reliqui || 11 τύρωμα] in suspicionem vocare noli cf. Nilus Epist. I 282 (Patr. Gr. vol. LXXIX p. 185 B) ἀλαζονείαν καὶ τῦφον τυρεύουσιν || 12 οὐκ οὖν || 15 σεσωσμένοι.

β) alterum Nicolai patricii et quaestoris fetum proponi verisimile est || 1 ὥρμησεν || 7 ἐπεγγελῶν] ἐπάγγελῶν || 13 γνώσειας] mutare non audeo cf. Lobeckius ad Phrynich. p. 735 || 14 ἐνδίδως] ἐνδίδης.

## V.

Quae deinceps sequitur particula (f. 108v sq.) haud leve carmini de octoëcho momentum adfert, quod G. Christius, Anthol. Gr. carmin. Christian. (1871) p. CXXII sqq. edidit. In M enim non solum versuum auctor prodit, ut

qui diserte ad Theodorum Cyzicenum referantur, verum etiam corollarium accedit, cum unusquisque ἦχος in principio Leonis, metropolitae Sardium, in fine Parthenii trimetris auctus sit. Quae quidem supplementa in lucem proferre operae pretium est:

Λέοντος μητροπολίτου Σάρδεων εἰς τοὺς ὀκτὼ ἤχους δίστιχα.

Ἦχ. α'. Πάντας ὑπερσχὼν τοῦ μέλους τῇ ἀξίᾳ
πρῶτος καλείσθω τῶν ἤχων τῇ ἀξίᾳ.
ἦχ. β'. Ἡδὺς πέφυκας, ἡδονὴν ταῖς καρδίαις
πολλὴν χορηγῶν, ὡς μέλιτος ἐκρέων.
ἦχ. γ'. Κἂν στυγνὸς εἶ σὺ καὶ τρίτος τεταγμένος,
ἀλλ' ἔστι καὶ σοὶ πολλάκις εὐκοσμία.
ἦχ. δ'. Τὰ σὰ πρόδηλα τοῦ τετάρτου τῶν ἤχων
φωνῶν πλάτος καὶ τάξις εἰς πανηγύρεις.
ἦχ. πλ. α'. Πόθεν τίς ὑμῶν τοῦτο δὴ τὸ πλάγιον
προεῖπε, μουσικὴ διδασκέτω.
ἦχ. πλ. β'. Γλυκόστομε κρατῆρος ἐνθέου πνέων,
πόθεν τὰ τερπνὰ τῶν μελῶν ἀπορρέει;
ἦχ. βαρύς. Ἡ κλῆσις αὐτὴ τοῦ τρόπου τὸ δύσηχον
σοφῶς παριστᾷ, βαρὺς ὠνομασμένος.
ἦχ. πλ. δ'. Ἅπαν τὸ τερπνόν, ἡ χάρις τῶν ᾀσμάτων
ἐν σοὶ κροτεῖται τῶν πλαγίων τετάρτῳ.

Παρθενίου.

Ἦχ. α'. Κίνησις οἵα τῶν μελῶν εὑρημένος
ἤχων ὁ πρῶτος ὠνομάσθης εἰκότως.
ἦχ. β'. Τέρπεις χορευτῶν τὰς φρένας εὐκοσμίᾳ,
θέλγεις ἁπάντων ἀκροατῶν καρδίας.
ἦχ. γ'. Τρίτον σε τάξις οἶδεν εὐστόχως ἄγαν
χαλῶντα πολλῶν ὀξύτητι χειλέων.
ἦχ. δ'. Οὐκ ἂν κάμοιεν οἱ μελῳδοὶ σὴν χάριν
γλωσσῶν ἀποστάζοντες ἠγαπημένην.
ἦχ. πλ. α'. Ὁ κυμβαλοκρότητος ἦχος πλαγίων
ἀρχὴ κατέστης συντόνῳ μελῳδίᾳ.
ἦχ. πλ. β'. Ῥεῖ σου γλυκασμὸς πλεῖστος εἰς εὐρυθμίαν
καὶ τοὺς ὑμνητὰς εὐκλεεῖς καθιστάνει.
ἦχ. βαρύς. Βαρεῖαν ἠχὼ πλὴν μεμουσουργημένην
τὴν σὴν καλοῦσι πάντες αἰνούντων λόγοι.
ἦχ. πλ. δ'. Ἐν σοὶ τὸ τέρμα τῆς ἀρίστης ὀκτάδος
ἡ καλλονὴ τέθεικεν ἀκρατοῦς μέλους.

**Adnotatio critica:** auctoris nomen ad v. 3 (τοῦ Σάρδεων), 5 (τοῦ μητροπολίτου Σάρδεων), 7 (Λέοντος μητροπολίτου), 9 (Λέοντος μητροπολίτου δίστιχα), 11. 13. 15 (Λέοντος μητροπολίτου Σάρδεων) repetitum habes || 1

μέλους] μέρους || 2 καλείσθω] καλεῖσθαι || 10 προειπε || μουσικῆ || 11 vox γλυκόστομος in Lexicis desideratur || 13 δυσήχον M, attamen propaxytonon in versus fine redit 9 πλάγιον || 14 ὠνομασμένος] ὀνομασμένος || 16 τετάρτῳ] τετάρτων. Coniectura τετράτῳ non est opus cf. 7 ἤχων. 13 δύσηχον.

Lemma Παρθενίου ad v. 3. 5. 7. 9. 11. 13. 15 recurrit || 7 κάμοιεν] κάμοις || 9 κυμβαλοκρότητος Lexicis accedat || 13 βαρεῖαν || 16 μέλους] τέλους.

Nec tenue lucrum ex M ad Theodori Cyziceni fetum venit, si Christii contextus in discrimen vocatur:

Ἠχ. α΄. Τέχνη μελουργὸς σοὺς ἀγασθεῖσα κρότους
πρώτην νέμει σοι τάξιν· ὢ τῆς ἀξίας!
ἦχος ὁ πρῶτος μουσικῇ κληθεὶς τέχνῃ
πρῶτος παρ' ἡμῶν εὐλογείσθω τοῖς λόγοις·
τὰ πρῶτα, πρῶτε, τῶν καλῶν λαχὼν φέρεις·
πρωτεῖα νίκης πανταχοῦ πάντων ἔχεις.
ἠχ. β΄. Κἂν δευτέραν εἴληφας ἐν τάξει θέσιν,
ἀλλ' ἡδονὴ πρώτη σοι τῷ μελιρρύτῳ·
τὸ σὸν μελιχρὸν καὶ γλυκύτατον μέλος
ὀστᾶ πιαίνει καρδίας τ' ἐνηδύνει·
Σειρῆνες ᾖδον δευτέρου πάντως μέλη·
οὕτω πράως σοι ῥεῖ μελισταγὲς μέλος.
ἠχ. γ΄. Εἰ καὶ τρίτος σύ, πλὴν πρὸς ἀνδρικοὺς πόνους
σύνεγγυς εἶ πως τοῦ προάρχοντος, τρίτε·
ἄκομψος, ἁπλοῦς, ἀνδρικὸς πάνυ, τρίτε,
πέφηνας ὄντως, καὶ σὲ τιμῶμεν, τρίτε·
πλήθους κατάρχων ἰσαρίθμου σοι, τρίτε,
πλήθει προσήκεις προσφυῶς ἡρμοσμένῳ.
ἠχ. δ΄. Πανηγυριστὴς καὶ χορευτὴς ὢν φέρεις
τέταρτον εὖχος μουσικωτάτῃ κρίσει·
σὺ τοὺς χορευτὰς δεξιούμενος πλάττεις,
φωνὰς βραβεύεις καὶ κροτῶν ἐν κυμβάλοις·
σὲ τὸν τέταρτον ἦχον, ὡς εὐφωνίας
πλήρη, χορευτῶν εὐλογοῦσι τὰ στίφη.
ἠχ. πλ. α΄. Θρηνῳδὸς εἶ σὺ καὶ φιλοικτίρμων ἄγαν,
ἀλλ' εἰς τὰ πολλὰ καὶ χορεύεις εὐρύθμως·
ὁ μουσικὸς νοῦς, ὃν ἐγνώρισεν τέχνη,
τίς ἡ παρεκκλίνουσα κλῆσις πλαγίων.
πέμπτον σε τάξις, ἀλλὰ πρῶτον τοῦ μόνου
ἔχει σε καὶ λέγει σε, πρῶτε πλαγίων·
ἠχ. πλ. β΄. Ἕκτος μελῳδός, ἀλλ' ὑπέρπρωτος πέλεις,
ὁ δεύτερος σὺ δευτερεύων τῶν μελῶν·
τὰς ἡδονὰς σὺ διπλοσυνθέτους φέρεις,
τοῦ δευτέρου [σύ]πως δευτερεύων δευτέρως·
σὲ τὸν μελιχρόν, τὸν γλυκύν, τὸν τέττιγα,
τὸν ἐν πλαγίοις δεύτερον τίς οὐ φιλεῖ;

ἠχ. βαρύς. Ὁπλιτικῆς φάλαγγος οἰκεῖον μέλος
ὁ τοῦ βάρους σὺ κλῆσιν εἰληφὼς φέρεις·
ἦχον τὸν ἁπλοῦν, τὸν βάρους ἐπώνυμον,
ὁ τοὺς λογισμοὺς ἐν βοαῖς μισῶν φιλεῖ·
ἀνδρῶν δὲ ᾆσμα, δευτερότριτε, βρέμεις,
ὧν ποικίλος δὲ τοὺς ἁπλοῦς ἔχεις φίλους.
ἠχ. πλ. δ'. Ἤχων σφραγίς, τέταρτε σὺ τῶν πλαγίων,
ὡς ἐν σεαυτῷ πᾶν καλὸν μέλος φέρων·
ἀνευρύνεις σὺ τοὺς κρότους τῶν ᾀσμάτων,
ἤχων κορωνὶς ὡς ὑπάρχων καὶ τέλος·
ὡς ἄκρον ἐν φθόγγοις τε καὶ φωνῶν στάσει
ἄκρον σε φωνῆς δὶς καλῶ σε καὶ τέλος.

